Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Manue qui interpretatur quiescens gerit typum viri qui potest dicere cum psalmista. Convertere animam meam in requiem tuam. Tu lectio.
Edus et libamenta significant sacramentum corporis et sanguinis domini. Item in edo sacramentum corporis. Exo. xij. Juxta quem ritum colletis et edum. Et in libamentis sacramentum sanguinis. Hec debet collere per fidem. ponere super petram per fiduciam et spem. offerre domino per caritatem. domino dico qui facit mirabilia in hoc sacramento. Consequenter introducitur delectabile sacramentum in modum esce delectabilis gustui cum dicitur. Escam dedit timentibus se. Sap. x. vj. angelorum esca domine nutrivisti populum tuum. pane de celo presti. ei habentem omne delectamentum. Et sic ergo commendatur hoc sacramentum ut memorabile. ut mirabile. ut delectabile. Item memoriam fecit mirabiliorum suorum. Et cum sacramentum istud instituit in memorabile sui amoris. redemptionis. donationis. lectio iij.